Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



18

nequeat; Quam ualidam quaestionem scripturarum
rationem contextam & paene insolubilem! breui aptis
sermone dissoluit dicens; O homo tu quis es qui
respondeas deo. & est sensus ex eo quod respondes deo!
& calumniam facis. & de scripturis tanta p quiris. ut
loquaris contra deum. & iustitiam uoluntatis ei inquiras.
O stendisti te liberi arbitrii. & facere quod uis. uel ta
cere uel loqui; Si enim in similitudinem uasi fictilis
te ad o creatum putas! & illius non posse resistere
uoluntati! hoc considera quia uasi fictile non dicit. quare
me sic fecisti; Figulus enim habet potestatem de eodem
luto & de eadem massa! Aliud uas facere in honorem. aliud
uero in contumeliam; Deus autem aequali cunctos sostegene
rauit. & dedit arbitrii libertatem ut faciat unus quisque:
quod uult siue bonum siue malum; Intantum autem dedit
omnib; potestatem ut uox impia disputet contra creato
rem suum. & causas uoluntatis illius perscrutetur; si naut
uolens deum offendere iram. & notam facere potentiam
suam sustinuit in multa patientia uasa ire aptata
interitum. ut ostenderet diuitias gloriae suae in uasa
misericordiae. quae praeparauit in gloria quos
& uocauit; Non solum nos excludens. sed etiam ex gentib:
sicut osee dicit; Uocaui non plebem meam. plebem meam.
& non dilectam dilectam. & erit in loco ubi dictum est
eis. non plebs meus uos! ibi uocabuntur filii dei uiui.